



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 15. Novi Cardinalis Clementini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

§. XV.

Sæcul. XIV.
A. C. 1383.*Novi Cardinales Clementini.*

Clemens suorum Cardinalium quibusdam mortuis novem creavit die Mercurii 23. Dec. 1383. Primus erat Petrus Crosius nobilis Lemovix e familia, quæ jam duos habuerat Cardinales. Ex Benedictino Monacho Lemovicensi ad S. Martialem anno 1351 Trinortinus Abbas, decem post annis Episcopus Papulofanensis, an. 1370 Bituricensis Archiepiscopus, anno proximo per Gregorium XI, quem sanguine contingebat, ærarii Ecclesiæ Romanæ Præses (Camerarium vocant) & anno 1374 Archiepiscopus Arelatensis factus Papæ cognato suo, quem secutus Romam fuerat, obeunti adfuit: sed post electionem Urbani VI, cum se adjunxisset tredecim Cardinalibus, qui Clementem Fundis cooptarant, ab hoc suffectus in locum fratris sui Joannis Crosii Cardinalis Episcopi Prænestini 20 Nov. hoc anno extincti, & Cardinalis Presbyter de SS. Nereo, & Achilleo renunciatus, sed passim Cardinalis Arelatensis dictus est, servabatque Archiepiscopatum.

Secundus, Faiditus Acrifolius pariter Lemovix post Raymundum Acrifolium suum patrum Rhutenarum Episcopus

Hist. Eccles. Tom. XXIV. B b pus

*Vitæ p. 509.
p. 1301.*

*Suo. l. 97.
S. 52.*

Vit. p. 1308

Sæcul. XIV. pus anno 1361 designatus, sed anno de-
A. C. 1383. mum 1365 eas ingressus, an. 1368 Aven-
Gall. Chris. nionem translatus, modo Cardinalis Pres-
10. 1. p. 220. byter de S. Martino in Montibus. Ter-
825. tius, Petrus Aisselinus Benedictinus Mo-
 nachus, in Claromontana diœcesi natus,
 tunc Episcopus Laudunensis. Agebat
 Parisiis, nec titulum templi habuisse cre-
 ditur. Quartus, Gualterius Vardelanius
 Scotus Glascoviensis Episcopus, qui se-
 dem suam relinquere volebat: & Scotia
 Clementem agnoscebat Papam.

Quintus, Emericus Magnacius e
Card. Franc. diœcesi Lemovicensi antiqua nobilitate
p. 668. conspicuus, Juris utriusque Doctor. Fue-
Vit. p. 1314. rat Regibus Joanni, & Carolo V a libel-
 lis supplicibus, Carnutinæ diœceseos Ar-
 chidiaconus Pisciacensis, dein a Novem-
 bri anni 1368 Parisinus Episcopus. Tan-
 dem declaratus Cardinalis Presbyter de
 S. Eusebio decessit Avenione 20 Martii
 an. 1385. Sextus, Joannes Novocastri-
 nus Burgundio, Papæ cognatus, & cu-
 bicularius, an. 1371 Nivernensis, post
 triennium Tullensis Episcopus decretus,
 nunc Cardinalis Presbyter de Quatuor
 Coronatis. Septimus, Jacobus Mentonæus
 Genevensi ex diœcesi, Papæ Cubicularius.
 Præter hos septem Cardinales Presbyteros
 Clemens duos appellavit Diaconos, nempe
 Amadeum Salutianum sibi arcta cognatione junctum, pa-
 tria

tria Pedemontanum electum Episcopum saecul. XIV.
 Valentinum; ac Petrum Fitignium su- A. C. 1383.
 premæ Curiaë Advocatum veterem, &
 Carnutensem Archidiaconum. En no-
 vem Cardinales nominatos 23. Dec. 1383.

§. XVI.

*Franciscus Batillus Urbani nepos
 ex fratre.*

Papa Urbanus Neapoli remanebat cum Th. Niemi.
 filio sui fratris Francisco Prignano c. 33.
 cognomine Batillo, qui e coenobio SS.
 Salvatoris Virginem nobilem S. Claræ
 institutum professam rapuit, & vitiatam
 per aliquot dies detinuit domi suæ. Erat
 homo voluptatibus, somno, abdomini, &
 cupiditatibus indulgens suis: nec eum
 objurgabat suus patruus, sed indignæ rei
 mentionem inferentibus respondebat esse
 juvenem; etsi Batillus quadraginta tunc
 annos compleverat. Cum rumor de sa- c. 34.
 crilego ejus flagitio per Neapolim incre-
 bresceret; Rex Carolus ibi præsens cita-
 vit ad se Batillum; & quod se non siste-
 ret, contumacem capite damnavit. Pa-
 pa id conquerens se summum regni Do-
 minum esse ajebat, nec posse sua in præ-
 sentia ad mortem damnari Optimatem.
 Denique Cardinales Papam cum Rege re-
 duxerunt in gratiam: sententia non fuit
 executioni data: scelus impunitum man-

Bb 2 sit;